



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Regularium virorum monasteria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- 1 Sunt laicales, aut ex mera deuotione auctoritate Episcopi institutæ. *Barbos.* de iure Eccl. l.3. cap. 19. nū. 18.
- 2 Quarta funeralis Episcopi non potest locari. *Congr. Episc. 14. Dec. 1592.*
- 3 Parochio debetur, seu etiam sacerdoti animarum curam exercenti. *DD. cum Barbos loc. cit. cap. 24. num. 19. 21.*
- 4 Illius nimurum Ecclesiæ, in qua Parochianus solet recipere Sacra menta casu quo alibi audiret diuina. *ibid. n. 24.*
- 5 In casu dubio: An debeatur Episcopo, vel Parochio, præfertur Parochus ex causa onerosa, Episcopus ex causa lucrativa. *ibid. n. 25.*
- 6 Etiamsi Parochianus moriatur ob bellum, pestem in villa dummodo in Parochia domicilium habeat. *ibid. n. 26.*
- 7 Etiam quando ægrotus mutat Parochia. *ibid. n. 27.*
- 8 Vel ægrotus cum bonis suis ad Religionem le transfert, pendente anno probationis, si in eo moriatur. *ibid. n. 28.*
- 9 Postridie, quām sepultum est cadaver, cum cærevis &c. fiat solemnis Missa cum maiori quantitate cærevis, de his quoque quarta pars debetur Parochio. *Congr. Ep. andistis partib. 3. Aug. 1621.*
- 10 De candelis, quas fratres, & alii præbysteri in funeribus gestare solent in manibus, non datur quarta Parochio, sed sunt gestantium. *DD. apud Barb. loc. cit. nū. 39. & in seqq. plura habes de hac materia.*

Referendarij.

V. Exempti. nū. 5. Functiones Episcopales.
nū. 2. 4. Præcedentia. nū. 21.

A D D I T I O.

- 1 Poffunt celebrare, & facere celebrare circa auroram, & in locis interdicto Ecclesiastico suppositis. *sixtus V. 10. kalen. Octo. 1586. §. 11.*
- 2 Cedunt locum Auditori confidentiarum. *Congr. Rit. 6. Decemb. 1621.*

Regularium virorum monasteria.

- 1 Non pofst erigi noua monasteria, nisi vocatis aliorū monasteriorum *Barth. Gauant.*

Prioribus, & cognita causa, an sine ali orum damno ea erigi possiat. *Greg. XV. An. 1621. * Vrb. VIII. An. 1625. **

- 2 Vocatis etiam Prioribus Conuentū per quatuor milliaria distantium. *Gregor. XV. ibid.*
- 3 Nec nisi possint habitare, & sustentari duodecim. *Idem locis etatis.*
- 4 Vel constiterit Ordinario, totidem ibi sustentari posse. *Gregor. XV. ibid.*
- 5 Si nulli sint ibi Regulares, accedat consensus incolarum loci. *Idem. ibid.*
- 6 Si detur appellatio, nihil interea innouetur. *idem ibid.*
- 7 Reuocatæ sunt licentiae omnes profundandis locis Regularium. *Vrbano VIII. Anno 1624.*
- 8 Et qui praetextu licentiarum reuocatarum sine licentia Ordinarij, & non seruata forma. *Gregor. XV. prædicta fundari, pœnam incurrit pœnitentis vociis, officiorum, inhabilitatis, & ipso facto excommunicationis. idem ibid.*
- 9 Nō possunt ædificari Ecclesiæ Regularium in loco non exempto, sine consensu Ordinarii loci. *Baib. all. 26. à n. 3.*
- 10 Monasterium, in quo nondum positus est religiosorum conuentus, sed solum nonnulli religiosi deputati fabricæ, non est obligatum clausuræ: decifsum referunt DD. locis citandis. n. 15.
- 11 Item videtur dici posse de iis dominibus, in quibus non viuitur in forma conuentus, nec ibi est ecclesia cum Eucharistiæ, nisi alias subiectæ fuerint clausuræ. *Bonac. loc. cit. num. 5.*

- 12 Si de clauſtrorum finibus est dubitatio, per loci Ordinarium, & superiores Regularium explicetur. *Prou. 4.*

- 13 Sacrificia comprehenduntur sub clausura. *Congr. Episc. 18. Aprilis 1605. referunt etiam à Coriolano de cassibus rescri. par. 2. casis 3. quest. 4. num. 3. 1. Negat Bonac. quando immediate ab ecclesia in sacrificiam itur. d. claus. quest. 5. puncti 1. num. 4. affi. mat Sanchez in op. mor. l. 6. cap. 17. num. 17.*

- 14 Horti, viridaria, vineæ, quæ monasteriis Regularium continenter sunt adiuncta, ut ad ea à monasterijs aditus sit, nulla via, locouè publico interiecto clauſtrorum finibus comprehenduntur. *Prou. 4.*

M 3 15 In-

- 15 Infirmariæ, seu domus deputatæ ad recipiendos infirmos, vel religiosos vi hospites, non obstringuntur clausura. deciſum refert Sanchez loc. cit. m. 19. & Sorbus v. ingredi. m. 11.
- 16 Non possunt ingredi mulieres, nisi ad ea clauſtra, in quibus Missæ officia, & processiones fieri solent. Pius V. Anno 1566.
- 17 Sub poena excommunicationis Papæ refueratæ. Idem ibid.
- 18 Et regulatibus admittentibus fœminas imponitur pena suspensionis à diuinis ipso facto, priuationis officiorum, inhabilitatiisque ad illa. idem ibid.
- 19 Quorannis semel hoc decretum, & sèpius arbitrio Episcopi publicetur. Prou. 3.
V. Immunitas Ecclesiæ. num. 6.
- Regularium iura sub Episcopis.*
- 1 A Nte professionem nulla renuncia-
tio valet, nisi cum licentia Episco-
pi, seu Vicarij. Trident. sess. 25. cap. 16.
de Regulari.
- 2 Potest Episcopus declarare nullam es-
se professionem factam ante annum æ-
tatis 16. deciſum refert DD. apud
Barbos. alleg. 101. m. 1.
- 3 Et iudicare de nullitate professionis ob
alias causæ intra quinquennium à pro-
fessione emissa, vna cum superiori pro-
fessi. Trid. loco cit. cap. 19.
- 4 Hoc est, coram Episcopo loci, & Su-
periore monasterij, in quo facta est
professio, deducenda sunt causæ nulli-
tatis. deciſum refert Barb. alle. 104. n. 12.
- 5 Superior non potest solus sine Ordinario ecclere professum, ob nullitatem
professionis. deciſum anno 1618. refert
Ricc. in praxi resolut. 20.
- 6 Potest Episcopus compellere per cé-
furas, ut restituantur nouitio disceden-
ti omnia, quæ attulerat. Trident. loc. cit.
cap. 16.
- 7 Episcopus subduntur ij, qui neque
Capitulis Generalibus, neque congre-
gantur ad præcriptum Concil. Trid.
neque à Metropolitano conuocantur,
neque habent Ordinarios visitatores.
Vide Trid. loc. cit. cap. 8.
- 8 Vbi non habitant duodecim in do-
- 9 mibus fundatis post decretum Urban.
VIII. ij subduntur omnimodæ iurisdi-
ctioni Episc. Vrb. VIII. Ann. 1625.*
- 10 Et valet hoc decretum etiam extra
Italiam. Idem Anno 1626.
- 11 Subduntur & ij, quibus imminet ani-
matum cura personarum secularium,
in ijs, quæ ad eamdem curam perti-
nent. Trid. loco cit. cap. i.
- 12 Neque ibi deputari possunt Curati,
quam amouibiles, nisi de consensu E-
piscopi, & prævio examine. idem ibid.
- 13 Exceptis monasterijs, in quibus habi-
tant Capita Ordinum, vel Generales,
vel Abbates, aut alii habentes iurisdi-
ctionem Episcopalem, & temporalem
in Patrochos, & Parochianos. idem ibid.
- 14 Subduntur item Episcopis loca, &
personæ Militiæ S. Io. Hierosolym. in
iis tantum, quæ concernunt cura
animatorum, & Sacramentorum admi-
nistrationem. Greg. XIII. An. 1584.
- 15 At respectu dictorum Militum visita-
tiones, consecrations, & benedictio-
nes fiant gratis ab Episcopis, absque
impensa, & onere. Pius V. An. 1571.
- 16 In Sacramentorum qualibet admini-
stratione omnimodè subiiciuntur Epi-
scopis, vti delegatis Sedis Apost. Greg.
XV. Anno 1622.*
- 17 Non tamè possunt prescribere Regu-
laribus, vt certis tantum in locis, tem-
poribus, & personis ministrent Sacra-
mentū Penitentiarum, vel restringere eotu
priuilegia in ministerio Sacramen-
torum. idem in Declarat. Anno 1623.*
- 18 Neq; prædicta exequi possunt in per-
sonas Regulares particulares. idem ibid.
- 19 Atqui hæc facultas Episcopis conce-
fa non competit inferioribus Prælatis
habentibus quasi Episcopalem iurisdi-
ctionem. ibid.
- 20 Debent Episcopi approbare causam,
quæ debet esse publica, exponendi a
Regularibus Sanctissimam Eucha-
ristiam. Congr. Episc. 27. Maii 1603.
- 21 Non autem caufam priuatam, dum-
modo è tabernaculo non extrahatur
Eucharistia, & velata remaneat, ita ut
nec Hostia videatur. ead. ibid.
- 22 Possunt Regulares habere apud se
pro suorum viu, oleum infirmorum
ead. 20. Febr. 1601.

22 Ad-